

V. Halo *observatus* Romæ Anno M DCC XXXII.
 Die XI. Augusti à D. Did. de Revillas,
Regali Societati communicavit Tho. Dere-
 ham *Bart.*

AB horâ antè Meridiem tertia usque ad secundam
 post Meridiem simplex Halo undique terminatus,
 & graphicè circularis, solem in polo ejus existentem
 cingere visus est. Zonæ Latitudo apparentem solis
 diametrum æquare videbatur. Color intimus ruber,
 reliqui fatis diluti, atque iis qui in Iride conspiciuntur
 analogi, sed in candorem desinentes, & circa Meri-
 diem aliquomodo immutati. Cœlum quamvis fere-
 num, tenui caligine inficiebatur, Boreâ lenissimè
 flante. Caligo deindè in albicantes nubeculas den-
 sata, dum Halo evanuit, cujus Diameter ab interno
 Zonæ margine dimensa, erat 45 gr.

Altitudo Barometri eodem die.

Hora A. M. 4. Digit. Paris

27. II

In Meridie

27. IO $\frac{1}{2}$

Hora P. M. 2.

27. IO $\frac{1}{2}$

F I N I S.